

modo sumas, gravis est, quia et virorum in feminas ardentissimus est amor à naturâ ipsâ, et feminarum multò in viros ardentior, et interdum impotens. Sed quod statim sequitur, non obscure indicat, ab activo feminarum amore similitudinem duci, nempe dignum fuisse Jonathanam, ut tali ab omnibus amaretur affectu, quali mater amat unicum filium. Et ideò subditur accommodatè ad superiora: *Sicut mater unicum amat filium suum.*

Hæc porrò comparatio de amore unici filii familiaris est tam sacris quàm profanis. Unde ortum est illud tritum, *unice amare*, id est, amore ingenti, qualis est unigeniti. Unde etiam fit, ut de illius morte gravissimum mater capiat dolorem, qui aut abiit in proverbium, aut certè proverbialem obtinet speciem. Jerem. cap. 7, vers. 26: *Luctum unigeniti fac tibi, plantatum amarum.* Amos cap. 8, v. 10: *Ponam eam quasi luctum unigeniti.* Zachar. 12, v. 10: *Plangent eum placentum quasi super unigenitum.* Cicero pro Roscio Amerino, et Philip. 9, eo se modo dixit luxisse rempublicam, quo mater amat unigenitum filium.

VERS. 27.—*QUOMODO CECIDERUNT ROBUSTI, ET PERIERUNT ARMA BELICA?* Poeticum est hoc artificium, et carmen hoc sæpius iteratum magnum habet momentum ad excitandum affectum. Quo usus est David ipse sæpius in Psalmis, ubi ex intervallis redit versus intercalaris. Psalm. 106, sæpè interponit: *Confiteantur Domino misericordie ejus, et mirabilia ejus*

CAPUT II.

1. Igitur post hæc consuluit David Dominum dicens: Num ascendam in unam de civitatibus Juda? Et ait Dominus ad eum: Ascende. Dixitque David: Quò ascendam? Et respondit ei: In Hebron.

2. Ascendit ergo David et duæ uxores ejus, Achinoam Jezraelites, et Abigail uxor Nabal Carmeli;

3. Sed et viros qui erant cum eo dixit David singulos cum domo suâ; et manserunt in oppidis Hebron.

4. Veneruntque viri Juda, et unxerunt ibi David ut regnaret super domum Juda. Et nuntiatum est David quòd viri Jabès-Galaad sepelissent Saül.

5. Misit ergo David nuntios ad viros

filii hominum. Psalmus 117 his verbis inchoatur: *Confitemini Domino, quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia ejus, et eisdem finitur.* In Canticis canticorum sæpè iterat sponsus: *Adjuro vos, filie Sion.* Et sponsa illud: *Leva ejus sub capite meo.* Apud profanos hoc est multò frequentius. Catullus in epithalamio Juliae et Manlii illud solemne repetit:

Hymenæe Hymen, Hymen Hymenæe.

Et eadem paululum immutata in sequenti epithalamio. Et in epithalamio Thetidis et Pelei:

Currite ducentes sub tegmina, currite fusi.

Alios quoque versus Theocritus intercalat, Iudyl. 1 et 19, et eum imitatus Virgilius in Pharmaceutriâ. In re non dissimili, id est, in re luctuosâ et funebri idem adhiberunt artificium Catullus, in Elegiâ ad Manlium, ubi aliquoties interponit: *O misero, frater, adempte nihil!* et Ovidius Epist. Dejaniræ ad Herculem, que cum suspicaretur illum interisse, sæpius iterat:

Impia quid dubitas, Dejanetra, mori?

Eodem artificio eximitis poeta David hoc iterat intercalare carmen. Primum v. 19, deinde v. 25, ad extremum, in fine capituli. In quo dictorum fermè omnium brevis complexio est. Est enim quod ante pluribus explicuerat, periisse fortes, et illorum clypeos esse projectos, et populam à suo præsidio et tegumento nudatum.

CHAPITRE II.

1. Après cela David consulta le Seigneur, et lui dit: Irai-je dans quelque'une des villes de Juda? Le Seigneur lui dit: Allez. David lui demanda: Où irai-je? Le Seigneur lui répondit: A Hébron.

2. David y alla donc avec ses deux femmes, Achinoam de Jezraël, et Abigail, veuve de Nabal du Carmel.

5. David y mena aussi les gens qui étaient avec lui, dont chacun y vint avec sa famille; et ils demeurèrent dans les villes d'Hébron.

4. Alors ceux de la tribu de Juda vinrent et sacrèrent David de *Chuite sainte*, afin qu'il régnaît sur la maison de Juda. En même temps on rapporta à David que ceux de Jabès en Galaad avaient enseveli Saül.

5. Il envoya aussitôt des gens pour leur dire:

Jabès-Galaad, dixitque ad eos: Benedicite vos Domino, qui fecistis misericordiam hanc cum domino vestro Saül, et sepelitis eum.

6. Et nunc retribuet vobis quidem Dominus misericordiam et veritatem, sed et ego reddam gratiam, eò quòd fecistis verbum istud.

7. Confortentur manus vestræ, et estote filii fortitudinis; licet enim mortuus sit dominus vester Saül, tamen me unxit domus Juda in regem sibi.

8. Abner autem filius Ner, princeps exercitus Saül, tulit Isboseth filium Saül, et circumduxit eum per castra,

9. Regemque constituit super Galaad et super Gessuri et super Jezrael et super Ephraim et super Benjamin et super Israel universum;

10. Quadraginta annorum erat Isboseth filius Saül, cum regnare cœpisset super Israel, et duobus annis regnavit. Sola autem domus Juda sequebatur David;

11. Et fuit numerus dierum quos commemoratus est David imperans in Hebron super domum Juda, septem annorum et sex mensium.

12. Egressusque est Abner, filius Ner, et pueri Isboseth, filii Saül, de castris in Gabaon:

13. Porrò Joab filius Sarviæ et pueri David, egressi sunt et occurrerunt eis juxta piscinam Gabaon. Et cum in unum convenissent, è regione sederunt, hi ex unâ parte piscine et illi ex alterâ.

14. Dixitque Abner ad Joab: Surgant pueri, et ludant coram nobis. Et respondit Joab: Surgant.

15. Surrexerunt ergo, et transierunt numero duodecim de Benjamin, ex parte Isboseth filii Saül, et duodecim de pueris David.

16. Apprehensioque unusquisque capite comparis sui, defixit gladium in la-

Bénis soyez-vous du Seigneur de ce que vous avez usé de cette humanité envers Saül, votre seigneur, et que vous l'avez enseveli.

6. Maintenant donc le Seigneur vous rendra votre miséricorde et votre fidélité, et moi-même je vous récompenserai de cette action que vous avez faite.

7. Ne vous laissez point abattre, et soyez gens de cœur; car, encore que Saül votre roi soit mort, néanmoins la maison de Juda m'a sacré pour être son roi, et je vous mettrai à couvert des insultes de vos ennemis.

8. D'un autre côté, Abner, fils de Ner, général de l'armée de Saül, prit Isboseth, fils de Saül; et, l'ayant mené par tout le camp,

9. Il l'établit roi sur Galaad, sur Gessuri, sur Jezraël, sur Ephraïm, sur Benjamin et sur tout Israël.

10. Isboseth, fils de Saül, avait quarante ans lorsqu'il commença de régner sur Israël, et il régnaît déjà depuis deux ans. Il n'y avait alors que la seule maison de Juda qui suivit David.

11. Et celui-ci demeura à Hébron sept ans et demi, n'étant roi que de cette seule tribu.

12. Alors Abner, fils de Ner, sortit de son camp, et vint à Gabaon avec les gens d'Isboseth, fils de Saül.

13. Joab, fils de Sarvia, marcha contre lui avec les troupes de David; et ils se rencontrèrent près de la piscine de Gabaon. Les armées s'étant approchées s'arrêtèrent l'une devant l'autre; l'une était d'un côté de la piscine, et l'autre de l'autre.

14. Abner dit à Joab: Que quelques jeunes gens s'avancent et s'exercent devant nous. Joab répondit: Qu'ils s'avancent.

15. Aussitôt douze hommes de Benjamin, du côté d'Isboseth, fils de Saül, parurent et se présentèrent; il en vint aussi douze du côté de David.

16. Et, chacun d'eux ayant pris par la tête celui qui se présenta devant lui, ils se passè-

ius contrarii, et ceciderunt simul; vocatumque est nomen loci illius Ager Robustorum in Gabaon.

17. Et ortum est bellum durum satis in die illa; fugatusque est Abner et viri Israel à pueris David.

18. Erant autem ibi tres filii Sarvia, Joab et Abisai et Asael: porrò Asael cursor velocissimus fuit, quasi unus de capris quæ morantur in sylvis.

19. Persequabatur autem Asael Abner, et non declinavit ad dexteram neque ad sinistram omittens persequi Abner.

20. Respexit itaque Abner post tergum suum, et ait: Tune es Asael? Qui respondit: Ego sum.

21. Dixitque ei Abner: Vade ad dexteram sive ad sinistram, et apprehende unum de adolescentibus, et tolle tibi spolia ejus. Noluit autem Asael omittere quin urgeret eum.

22. Rursùmque locutus est Abner ad Asael: Recede, noli me sequi, ne compellam confodere te in terram, et levare non poterò faciem meam ad Joab fratrem tuum.

23. Qui audire contempsit, et noluit declinare; percussit ergo cum Abner aversà hastâ, in inguine, et transfodit; et mortuus est in eodem loco; omnesque qui transibant per locum illum in quo ceciderat Asael et mortuus erat, subsistebant.

24. Persequentibus autem Joab et Abisai fugientem Abner, sol occubuit; et venerunt usque ad collem Aquæ-ductus, qui est ex adverso vallis itineris deserti in Gabaon.

25. Congregatique sunt filii Benjamin ad Abner; et, conglobati in unum castrum, steterunt in summitate tumuli unius.

26. Et exclamavit Abner ad Joab, et ait: Num usque ad interfectionem tuus mucro deserviet? an ignoras quòd periculosa sit desperatio? Usquequò non dicis

rent tous l'épée au travers du corps, et tombèrent morts tous ensemble; et ce lieu s'appela le Champ-des-Vaillants en Gabaon.

17. Il se donna aussitôt un rude combat; et Abner fut défait, avec ceux d'Israël, par les troupes de David.

18. Les trois fils de Sarvia, Joab, Abisai et Asaël, étaient dans ce combat. Or Asaël était extrêmement agile et léger à la course, en quoi il égalait les chevreuils qui sont dans les bois.

19. Il commença donc à poursuivre Abner sans se détourner ni à droite ni à gauche, et sans le quitter jamais.

20. Abner, regardant derrière lui, lui dit: Etes-vous Asaël? Il lui répondit: Oui, je le suis.

21. Abner lui dit: Allez ou à droite ou à gauche; attaquez quelqu'un de ces jeunes gens, et prenez ses dépouilles. Mais Asaël ne voulut point cesser de le poursuivre.

22. Abner lui parla donc encore, et lui dit: Retirez-vous; ne me suivez pas davantage, de peur que je ne sois obligé de vous percer, et qu'après cela je ne puisse plus paraître devant Joab, votre frère.

23. Asaël, méprisant ce qu'il lui disait, ne voulut point se détourner. Abner donc, retournant sa lance, le frappa dans l'aîne et le perça, et il mourut sur la place. Tous ceux qui passaient par ce lieu où Asaël était tombé mort, s'arrêtaient à le considérer.

24. Mais Joab et Abisai continuant de poursuivre Abner, qui s'enfuyait, le soleil se coucha lorsqu'ils arrivèrent à la colline de l'Aqueduc, qui est vis-à-vis de la vallée, sur le chemin du désert de Gabaon.

25. Et les enfants de Benjamin se rallièrent auprès d'Abner, et, ayant fait un gros, demeurèrent sur le sommet d'une éminence.

26. Alors Abner cria à Joab: Votre épée ravagera-t-elle donc jusqu'à extermination? Ignorez-vous qu'il est dangereux de jeter son ennemi dans le désespoir? N'est-il pas temps

populo ut omittat persequi fratres suos?

27. Et ait Joab: Vivit Dominus! si locutus fuisses, manè recessisset populus persequens fratrem suum.

28. Insonuit ergo Joab buccinâ, et steit omnis exercitus, nec persecuti sunt ultra Israel, neque inière certamen.

29. Abner autem et viri ejus abierunt per campestria totâ nocte illâ; et transierunt Jordanem, et, lustratâ omni Bethoron, venerunt ad castra.

30. Porrò Joab reversus, omissis Abner, congregavit omnem populum; et defuerunt de pueris David decem et novem viri, excepto Asaele:

31. Servi autem David percusserunt de Benjamin et de viris qui erant cum Abner trecentos sexaginta, qui et mortui sunt.

32. Tuleruntque Asael, et sepelierunt eum in sepulcro patris sui in Bethlehem. Et ambulaverunt totâ nocte Joab et viri qui erant cum eo, et in ipso crepusculo pervenerunt in Hebron.

COMMENTARIUM.

VERB. 1. — POST HEC CONSULEIT DAVID DOMINUM (1). Postquam ullus fuit David Saulis cædem occiso Amalechiâ, et quâ ratione in

(1) Per *Urim*, puta per Abiathar pontificem indutum Rationali, in quo erant *Urim* et *Tumini*.

IN HEBRON. Jubet Deus Davidi ut eat in Hebron, quia ibi, ait Procop., vixerant et sepulti erant patriarchæ, eratque tum Hebron metropolis tribus Juda; ut scilicet in eâ David consecraretur rex, in eâque consecratus à totâ deinde tribu faceret rex acceptaretur.

(Carn. à l'ap.) Hebron erat urbs tunc munissima, et inter amplissimas in tribu Juda, in ipso veluti medio ejusdem tribus sedens. Jerusalem adhuc ab Jebuseis tenebatur. (Calmet.)

Après cela David consulta le Seigneur, et lui dit: Frai-je en quelque une des villes de Juda? Il est difficile de trouver un plus grand exemple que celui-ci, de la soumission qu'on doit rendre à la volonté de Dieu. Toute la lumière naturelle faisait comprendre à David qu'il ne fallait pas donner le loisir aux gens de Saül de choisir un autre roi, et qu'il fallait promptement se faire voir, afin d'arrêter les esprits, et de prévenir les soulèvements. Cependant lorsqu'il s'agit d'un royaume, il est aussi tranquille que si cette affaire ne le touchait pas. Il consulte Dieu, et d'une manière qui fait

enfin de dire au peuple qu'il cesse de poursuivre ses frères?

27. Joab lui répondit: Vive le Seigneur! si vous l'eussiez plus tôt dit, le peuple se fût retiré dès le matin, et eût cessé de poursuivre ses frères.

28. Joab fit donc sonner la retraite, et toute l'armée s'arrêta, et cessa de poursuivre Israël et de le combattre.

29. Abner avec ses gens marcha par la campagne toute cette nuit, et, ayant passé le Jourdain et traversé tout le pays de Bethoron, il revint au camp.

30. Joab ayant cessé de poursuivre Abner, et étant revenu, assembla toute l'armée, et on ne trouva de morts du côté de David que dix-neuf hommes, sans compter Asaël;

31. Mais les gens de David tuèrent, de Benjamin et de ceux qui étaient avec Abner, trois cent soixante hommes, qui demeurèrent sur la place.

32. On emporta le corps d'Asaël, et on le mit dans le sépulcre de son père à Bethlehem. Et Joab ayant marché toute la nuit, avec les gens qui étaient avec lui, arriva à Hebron au point du jour.

terrâ alienâ potuit, illius manibus parentavit, cogitare cepit apud se, quidnam in eo rerum statu facto opus esset. Neque enim putabat

assez voir combien il est prêt à faire ou à ne pas faire tout ce qu'il lui plaira de lui ordonner. Mais si nous admirons la soumission de David en cette rencontre, nous ne devons pas moins considérer la raison qui le faisait agir de la sorte. Car il tremblait sans doute, en voyant la fin malheureuse du prince dont il devait être le successeur. Et comme il savait que la source de la ruine de Saül était d'avoir négligé les ordres de Dieu, et d'avoir préféré les raisonnements présomptueux de son propre esprit à l'obéissance qu'il lui devait rendre; c'est principalement contre cette tentation qu'il s'efforça d'abord. C'est pourquoi il appréhenda de faire un seul pas sans consulter Dieu, afin que son humble soumission à celui dont il tenait la couronne, rendit son règne aussi heureux que celui de Saül lui avait été funeste, à cause du peu de déférence qu'il avait rendue aux ordres du ciel.

Voilà l'instinct de l'Esprit de Dieu, de nous faire tirer avantage des fautes des autres. Et comme on peut dire qu'il n'y a point de plus grande sagesse que celle qui s'instruit du malheur d'autrui, il n'y a rien aussi qui irrite Dieu davantage, que lorsque la punition que les hommes se sont attirée par leurs déréglés

suo se muneri, aut optimi civis officio satisfacere, nisi his incommodis, quæ malè jactate reipublice imminere videbantur, occurreret. Quare cum secum haberet sacerdotem et ephod, consultum Deum esse voluit, an relicta Siceleg, quæ erat in regione Philistinorum, ex usu foret privato ac publico ad aliquam civitatem proficisci de sua tribu, nempe Juda. Cùmque Deus ita fieri oportere respondisset, et Hebronis sedem assignasset, eò se quamprimum recepit, assumptis secum uxoribus, quas priùs in regionem Philistinorum adduxerat. Edixit quoque viris, quos habitum suo exilio ac peregrinatione socios, ut suas eòdem uxores et familias transcriberent (1).

VERS. 4. — VENERUNTQUE VIRI JUDA, ET UNXERUNT IBI DAVID, UT REGNARET SUPER DOMUM JUDA (2). Nòrat totus penè Israel, unctum esse

ments, ne nous empêché pas d'y tomber nous-mêmes. C'est cela sans doute qui rendit depuis plus abominable aux yeux de Dieu l'abandonnement où Salomon se laissa aller à l'égard des femmes. Car l'exemple de la chute de David son père l'aurait dû tenir dans une crainte continuelle, et il n'y avait point de tentation contre laquelle il dût se fortifier davantage que contre celle qui avait fait tomber un roi si saint, et qui l'avait exposé pendant toute sa vie à une si longue suite de maux. (Sacy.)

(1) VERS. 3. — ET INGRESSI IN OPPIDIS HEBRON, PUTA IN URIBUS HEBRON VICINIS, ET AB HEBRONE DEPENDENTIBUS, QUAE ABIBI VOCANTUR (Corn. à Lap.)

(2) Cæteros aliarum tribuum prævenientes filii Juda salutârunt in regem, quæ causa fuit civilis belli in Israele Davidem inter et Isboethum. Quanquam David amplissimo in regnum jure instruebatur, nullâ tamen ratione purgari potest hoc ejus tribus facinus, nisi forte replemus, salutasse illam Davidem, postquam cætere tribus Isboethum prætulérunt; quod tamen historia nullibi docet. Expectandus erat assensus totius Israelis, ut consecraretur in regem vir quem Deus ad imperium populi sui destinaverat. Prospero licet successu factum hoc filiorum Juda donatum sit, fatendum est tamen, pernicioso illud esse exemplo in republicâ. (Calmet.)

Causa de la tribu de Juda étant venue à Hebron, sacrèrent David, afin qu'il régnât sur la maison de Juda. Cette conspiration de toutes les villes de Juda pour mettre David à la place de Saül, nous fait voir que lorsqu'une chose est dans le dessein de Dieu, toutes les difficultés tombent devant lui, et qu'il en surmonte les obstacles avec une incroyable facilité.

Il est bon aussi de remarquer que cette multitude de présents que David venait d'envoyer à tant de personnes de la même tribu de Juda, du butin qu'il avait remporté sur les brigands de Siceleg, avait beaucoup contribué à ce consentement général de tant de villes. Ainsi l'extrême acablement où David s'était trouvé alors, avec l'usage qu'il fit du secours si extraordinaire qu'il reçut de Dieu par la distribu-

tion à Samuele Davidem, neque ipse rebus administrandis eo se nomine ac titulo indignum ostenderat. Quod cum præsertim optaret tribus Juda, ut regem haberet sibi contribulem, venerunt eò viri ex eâ familiâ proceres, et novâ quâdam unctione, per sacerdotem hand dubiè, illum super Judam regem constituerunt. Tunc secundò unctus est David, et deinde tertio, ut dicemus uoloco, super Israel.

ET NUNTIATUM EST DAVID, QUOD VIRI JABES GALAAD SEPELISSENT SAUL. Hac tenès tantum audierat David ab Amaleciti Saulem occisum, ignorabat reliqua. Postea cognovit, quàm viri Jabes audacter ac piè Saülis filiorumque cadavera sustulissent è mœnibus, ubi suspensa fuerant à Palestinis, et honestè ac regie sepulture mandassent. Illorum igitur pietatem collaudat, solumque illis studium promittit, et pro singulari in regem observantiâ omnia à sua liberalitate sperare jubet. Neque despondent animum, quem ostenderunt in egregio illo facinore strennum et acrem, licet rex Saül in acie ceciderit; se enim illius loco unctum esse regem, et à tribu Juda in illius partes esse vocatum. Quibus verbis ita Jabensium animos et studium commendat atque confirmat, ut etiam ad suas partes videatur allicere. Fuit autem hoc Davidis consilium præsertim rerum statui opportunum valde. Cùm enim tantum à contribulibus suis esset ad regnum accessurus et unctus, aliæque undecim tribus superessent Israel, quæ aut nolent, aut non possent regiam in illo majestatem agnoscere, commodum visum est ostendere nunquam ipsum in acie fuisse in Saulem animo, ut illos qui Saülis partibus studebant, conciliaret sibi, quos sine dubio averteret quæcumque de contrariâ voluntate suspicio. Quare cum constaret, quid Jabesites pro regio cadavere laboris assumpserint, illis gratias agit, perinde atque si ipsi tantum illud officium foret impensum. Quæ res satis argumento fuit, non malè Davidem in Saulem animatum, quando tantè fecit sublatum illum de ignominioso loco, et honestè conditum esse sepulture. Hæc autem longè absunt ab eo, qui hostiliter in alterum animatus est (1).

butio si généreuse de ces dépoüilles, fut ce qui donna lieu aussitôt après au comble de son élévation; et tout le monde admira ces marques si éclatantes qui parurent en même temps, non seulement de sa sagesse et de son courage, mais encore de sa reconnaissance et de sa bonté. (Sacy.)

(1) VERS. 5. — DAVID FIT DIRE À CEUX DE JABES:

VERS. 8. — ABNER AUTEM FILIUS NER, PRINCIPES EXERCITUS SAUL, TULIT ISBOETH FILIUM SAUL, ET CIRCUDUXIT EUM PER CASTRA, REGEQUE CONSTITUIT (1). Abner frater erat patruelis Sa-

Bénis soyez-vous du Seigneur, de ce que vous avez enseveli Saül, votre maître. David commence son règne par une action d'humanité et de générosité envers Saül. Il fait témoigner à ceux de Jabès en Galaad combien il leur savait de gré du service qu'ils venoient de rendre à Saül. Car ces peuples de Galaad se souvenant que ce prince les avait sauvés des Ammonites, ne purent être empêchés par toute la puissance des Philistins victorieux, de venir comme leur arracher des mains un corps auquel ils insulatoient avec tant d'insolence, pour lui rendre les honneurs de la sépulture. Ainsi David met toute sa grandeur, qui ne faisoit que de maître, à ne manquer à rien de ce que la justice et l'honnêteté peuvent demander de lui. Il vient de venger la mort de Saül, en faisant mourir celui qui se vantait de lui avoir ôtè la vie: il donne maintenant de grandes louanges, et il promet une récompense à ceux qui s'étoient exposés à un extrême péril pour délivrer le corps de ce prince des outrages de ses ennemis, et pour le mettre en état d'être enseveli avec les marques d'honneur qui lui étoient dues. (Sacy.)

VERS. 6. — ET NUNC RETRIBUIT VOBIS QUIDEM DOMINUS MISERICORDIAM ET VERITATEM. Hebr. pietatem et fidelitatem, et scilicet sicut vobis utramque exhibuistis Saülis regi vestro in auterendo et sepeliendo ejus corpore, sic et utramque vobis rependat Deus, ac vobis se piùm et misericordem æquè ac fidelem in remunerandâ vestrâ virtute exhibebit. Nota: Misericordia et veritas significant omne opus virtutis, tam liberale (qualis est misericordia) quàm debitum (qualis est veritas), id est, æquitas et fidelitas et justitia. (Corn. à Lap.)

VERS. 7. — ME UNXIT DOMUS JUDA IN REGEN SIBI. Num ita alloqueretur David Jabitas, siquidem illi regem suum Isboethum salutassent? Vix igitur rex consecratus fuit Hebrone, hoc verborum officio Jabitas prosecutus est, allicere illos volens in suas partes, ratus futurum ut si filios domui Saülis addictissimos semel adduceret, ut sibi parerent, faciliè eorum exemplum cætere transjordanicæ gentes sequerentur. Molimina hæc omnia Davidis irrita ceciderunt: in Mahanaim, prope Jabès, Isboeth regni sui sedem constituit, cui Jabite sese inter primos adixerunt. (Calmet.)

(1) Abner alors prit Isboeth, fils de Saül, et l'établit roi sur tout Israël. Dieu souffre qu'un royaume qu'il avait promis entier à David, soit partagé d'abord. Il veut qu'il n'entre que peu à peu en possession de la puissance qu'il avait résolu de lui donner, afin qu'il s'y accoutume et qu'il l'envisage sans s'ébahir. Il se sert pour cela d'Abner, qui étant prince du sang de la maison de Saül, avait conçu d'abord de l'envie contre David, lorsqu'il commença à paraître dans le monde avec grand éclat. Ce prince, qui était grand et par sa naissance et par son courage, et qui commandait l'armée d'Israël, fait régner sur les onze tribus Isboeth, fils de Saül, et lui donnant le nom de

lis, ut vidimus lib. 4, cap. 14; ambo enim filii erant duorum fratrum, et ut patere, sic etiam opinor etate pares. Hunc, utpotè virum prudentem et fortem, principem Saül constituit exercitûs, qui ut gratum se ostenderet Saülis beneficiis, tum etiam ne à suo genere regnum nomen excideret, assumpsit Isboeth, qui ex Saülis filius unus supererat, fecitque, ut parentis loco rex appellaretur à reliquis. Quò verò id facillitè et legitime fieret, circumduxit per castra, egitque ut militari more rex salutaretur ab omnibus. Quod minùs eâ de causâ illi difficile fuit, quia illum, utpotè exercitûs principem, observârunt antea, et ab illo fortassè fuerant ornatu liberalius.

De castris, per quæ circumductus fuisse tradit Isboeth, dubitant interpretes. Quidam dicunt, nomen esse civitatis, quæ vocatur Machanaim, quæ latine idem valet, quòd castra. Quod illi nomen ipsitaneum est à Jacob, Genes. 32: *Fuerunt ei (Jacob) obviam angeli Dei, quos cum vidisset, ait: Castra Dei sunt hæc. Et appellavit nomen loci illius Machanaim, id est, Castra.* Hæc autem civitas, sive campus (noque enim constat an nomen sit civitatis, seu deserti loci) data est tribui Gad. Josue cap. 15, vers. 26. Ita communiter Hebræi, et in corum Traditionibus Hieronymus, Theodoretus quæst. 8, Josephus lib. 7 Ant. cap. 1; Magister Historiæ scholasticæ, Cajetanus, Angelomus. Sed est communior sententia, Machanaim non esse civitatem, sed castra Israel. Ut quid enim Abner, ut regis filium regem constitueret, in illam potius civitatem adduceret, quàm in alias, maxime cum non constet illam esse civitatem, sed videatur potius desertus ager, ubi tunc angeli apparuerunt Jacob, quando cum gregibus totaque familiâ revertebatur ex Mesopotamiâ? Tunc autem, ut textus ipse, filiumque narrationis indicat, in agro potius erat, quàm in urbe. Ita Abulensis, quæst. 10, et hæc magis inclinant Magister Hist., Hugo, Dionysius.

Collegerat, opinor, Abner dissipatis acies, quod ut imperator et potuit, et debuit. In castris porrò, ubi totius regni constituebatur ro-

roi, il en avait lui-même toute la puissance et l'autorité. David, qui était très-sage et très-prudent, comme l'Écriture l'a marqué en termes exprès, voit cette conduite d'Abner conforme aux intrigues et à l'esprit du monde, sans se mettre en peine de la traverser. Il considère son élévation comme l'ouvrage de Dieu. Il attend qu'il achève ce qu'il a commencé depuis si long-temps, et il ne veut être redevable de sa couronne qu'à sa providence et à sa bonté. (Sacy.)

bur, et ex omnibus tribubus erant congregati quamplurimi, et eligi potuit, et conclamari rex filius Saülis, cui apud omnes recens mortui patris memoria atque commiseratio conciliare potuit benevolentiam. Quare dum in castris rex appellatur, a toto Israele appellatus esse existimatur. Sanè in profanis non semel audimus, ab exercitu imperatores fuisse creatos, neque ullam in republica fuisse potentiam, qua quod visum esset, probatunisque militibus, abrogaret.

VERS. 9. — REGEMQUE CONSTITUIT SUPER GALAAD, ET SUPER GESSURI, ET SUPER JEZRAEL, ET SUPER EPHRAÏM, etc. (1). Prius nominantur civi-

(1) SUPER GALAAD ET SUPER GESSURI. *Galaad* usurpavit sæpe, neque hic faciliè aliter accipiendum est, quam pro tota regione transjordanica. *Gessuri* Israelitis non parcat. Una sunt hujus nominis regiones, alia quidem, de qua supra actum est, ad meridiem Palestinæ; inter diuionem Israeliticam et Ægyptum media; altera verò trans Jordanem, circa montes Hermon, que interdum Syria, regioni proximæ, accessetur. David uxorem habuit filiam regis Gessuri, ex qua natus est Absalom. Postremæ hujus regionis mentio faciliè est in presenti. Rex Tholmai tributum faciliè Isobetho pendebat, à cuius partibus fortè principem illum reducturus David, unam è filiabus ejus duxit uxorem.

Pro *Gessuri* Hebraus legi יַזְעַרְיָהוּ, *Assuri*, quod pro ditione tribus Aser positum aliqui arbitrantur; occupat autem Aser maximam tractus plage septentrionalis terre sancte portionem. Alii exponunt de Assyris, de quibus actum est in Genesi 25, 3. Arabia deserte regionem tenentibus. Septuaginta legunt *Aseri*, vel *Θασυρι*, ut in editione Romana.

JEZRAEL, indicat faciliè totam vallem hujus nominis, cum vicinis urribus.

ET SUPER ISRAEL UNIVERSEM. Non totus fortè Israel continèd parvi Isobetho. Sed Abner rationem denique inuit, ut omnes illi tribus, unà excepta tribu Juda, submitteret. Interim Philisthæ victoriæ suæ fruebantur, pluribus Israelis urribus occupatis; idque fortassè Isobetho persuasit, ne sedem suam cis Jordanem eligeret.

(Calmet.)
Porrò Abulens. Serarius et alii, excusant Isobethæ à tyrannide et invasione regni, eò quòd illud ipsi hæreditario jure deberetur: licet enim David unctus esset à Samuele in regem, tamen illa unctio occulta erat, nec publicata authenticè, ita ut Isobeth tenetur illi credere, et Davidi regnum paternum cedere. Unde et David cap. 4, 11, eum vocat *virum innoxium*, et ejus eadem ultus est. Similiter excusant Abner, cuius pariter necem vindicavit David morte Joab; alioqui enim Abner graviter peccasset procurando Isobeth regnum, si scivisset illud Davidi à Deo esse datum, imò si postea id recepisset, licet non potuisset Isobeth regem fovere et defendere, sed debuisset eum monere ut Davidi cederet regnum. Porrò fabula est R. Salomonis, quòd, cum populus Davidem vellet regem, Abner

tempore, quo victorem habebat et exultantem vicinum hostem, à quo omnia timere poterat infortunia.

Abulensis eò inclinat, ut duobus tantum annis regnârit Isobeth, nempe pacificè usque ad bellum, de quo statim. Ex eo autem nullum fuit tempus ad mortem usque Isobeth à bellorum strepitu, seu timore vacuum, quod longum fuisse docet illud cap. 3, v. 1: *Facta est ergo longa concertatio inter domum David, et inter domum Saülis. David proficiens, et semper seipso robustior, domus autem Saül decrevens quotidiè.* Illa porrò concertatio non fuit bellorum tantum, nam bella pauca memorantur, sed animorum et studiorum, cum alii deberi regnum dicerent Isobeth, utpote regis filio, alii fortassè Miphiboseth filio Jonathæ, cui pro patre Jonathæ primogenito regnum hæreditario jure tradendum videbatur; plures Davidi, cum constaret electum esse à Domino. Quod sensisse illorum plurimos, qui agente Abnere deinde secuti sunt partes Isobeth, ipse docet Abner, cap. 3, v. 16, qui cum jam faveret Davidi, sermonem intulit ad seniores Israel, dicens: *Tam heri, quam nudius tertius querebatis David, ut regnaret super vos.*

Cajetanus in caput 3 proximum aliter constituit biennium istud regni Isobeth. Ait enim, non cœpisse simul atque cecidit Saül, et regnare incœpit David, regnum Isobeth; neque eo occiso super totum Israel cœpisse Davidis dominatum, sed plurimum intercessisse moræ à Saülis interitu ad regnum usque Isobeth, et ab hujus morte multum item ad Davidis universale regnum; ad medium autem septennii, quo David regnavit super Judam in Hebron, interjectum dicit fuisse biennium illud, in quo super reliquis tribus regnavit Isobeth. Quòd verò plurimum temporis intercesserit à Saülis morte usque ad filii regnum, videtur certum, quia non parum temporis consumendum fuit in congregandis illis qui fugâ fuerant post Saülis eadem variè dilapsi, ita ut ad castra redierint, per que Isobeth ab Abner fuerat circumductus. Deinde in comitiis de rege deligendo non potuit longa mora non esse consumpta, cum neque omnibus placet Isobeth, qui ideò, ut quibusdam placet, non fuit cum Saule patre et fratribus reliquis in acie peremptus, quia ut in bellis et ignavus relictus est domi. Neque præterea certum erat, an deberet filius in regno parenti succedere, cum neque legibus constitutum esset, neque ullum esset exemplum in eâ repu-

blica, cum unus tantum rex in eâ præcessisset, maximè cum jam esset à Deo per Samuelem rex designatus, cuius omnes et virtutem narrant, et eximiam in re militari prudentiam. Multos autem, eosque seniores, in illis comitiis ad Davidis causam fuisse propensos, docuit Abner cap. 3, v. 16, dum ait, visum esse senioribus, non ad Isobeth, sed ad Davidem regnum esse defendendum. Et reverà ex aliis tribus ad Davidem, cum esset in Hebron, non pauci transigerunt, de quibus suo loco. Neque levior fuit concertatio, postquam latronum insidiis periit Isobeth, in rege deligendo, quem tribus aliæ à Juda divulse sequerentur. Quare si hæc duo tempora ex septennio resceos, quod possuit David in Hebron, satis videtur assignari temporis regno Isobeth, si biennium tantum regnâsse fateamur. Hæc pro Cajetani sententiâ, que hoc explicata modo non videtur esse difficilis. Neque mirum, si duobus annis cum dimidio undecim tribus rege caruerint, cum haberent Abner, cui in re bellicè obsequerantur omnes, neque præterea illum urgeret ab inimico bellum et totidem annis ab occiso Isobeth, cum pacata essent omnia, neque quid turbaret David, cum esset in Hebron, nisi læcessitis. Utraque mihi tam Abulensis quam Cajetani sententiâ probabilis est; magis tamen in posteriore inclino, quia simpliciter docet id quod simpliciter proponit textus ipse sacer, dum ait, Isobeth duobus regnâsse annis super Israel. Puto tamen plus longè interjectum esse temporis inter Saülis mortem et regnum Isobeth, quam inter eadem Isobeth et Davidis universale regnum, quia posterius hoc tempus minus habuit impeditam deliberationem, cum nullus esset reliquus, cui esse posset cum Davide de regni titulo atque administratione contentio.

VERS. 11. — ET FUIT NUMERUS ANNORUM, etc., SEPTEM ANNORUM, ET SEX MENSUM. Nolum est apud Hebraeos, numerus, qui perfectum excedunt, aut à perfecto deficiunt, aut omitti, aut addi, quod etiam, ut opinor, linguis omnibus est commune. Sic dicimus habitare mille civis in urbe, cum sint in illa habitatores mille et quinque, quia isti millenarium numerum parum excedunt, qui perfectus est, qui tamen interdum, neque id infrequenter, exprimuntur. Id nunc, si usquam, clarissimum apparet. Nam cum hic commemoratus dicitur David in Hebron septem annos et menses sex, libro tamen 3, cap. 2, v. 11, regnâsse dicitur in Hebron septem annos.

tales ac tribus quæ propiores erant castris, ubi rex acclamatus fuerat Isobeth. Deinde cum est ad tribus alias, et per eas circumductus Saülis filius, donec tandem, unâ excepta tribu Juda, ab omnibus salutatatus fuerit rex.

VERS. 10. — QUADRAGINTA ANNORUM ERAT ISOBETH FILIUS SAUL, CUM REGNARE CŒPISSSET SUPER ISRAEL, ET DUOBUS ANNIS REGNAVIT. Hæc ætas Isobeth aliquantulum premit nostram citationem, de tempore, quo regnavit Saül. Nam si quadraginta annorum erat Isobeth, cum pater illius interit, necesse est, Saulem aut plus duobus annis obtinuisse regnum, aut propè sexagenarium regnare cœpisse. Hanc nos difficultatem satis, ut credo, sufficienter exolvimus l. 1, cap. 13, ubi de Saülis regno longam instituimus disputationem; neque hic aliquid addendum occurrit.

Hic verò discutendum occurrit, an duobus tantum annis regnaverit Isobeth. Neque levis est dubitandi ratio; nam quamdiu super israel dominatus est Isobeth, David super nam tantum tribum Juda imperium exercuit; ut regnâsse dicitur statim in Hebron super Judam septem annos et sex menses; totidem igitur anni Isobeth regno sunt assignandi. Sed stat contra locus iste, qui Isobeth regnum duorum tantum annorum spatio defuit. Abulensis q. 42, plures annos tribuit regno Isobeth, ne undecim tribus quinque annis cum dimidio dicantur caruisse rege. Quare aut quinque annis antequam regnum inisset Isobeth, duravit interregnum, aut totidem postquam occisus. Utrumque autem videtur nullo modo posse concedi. Non prius, quia simul atque Abner cognovit cecidisse Saulem, circumduxit Isobeth per castra, per illa, inquam, castra, quæ Saül contra Palestinos conscriperat, et quibus Abner ipse fuerat à Saule prefectus; que post cladem acceptam, etiamis fugâ forent variè dilapsa, à sollicito tamen imperatore colligere difficile non fuit. Neque posterius; nam cum primùm duorum latronum manibus cecidit Isobeth, congregatae sunt undecim tribus, quæ Isobeth adhaerant, ut regem salutarerent Davidem totius Israel. Quare non apparet, quomodo pars illa maxima Israeliticæ regni capite ac moderatore tandiù caruerit, eo maximè

probrârit Isobeth deberi regnum ex Genes. 35, 48, ubi Jacob filium à Rachele in partu moriente vocatum *Benoni*, id est, filium doloris, nuncupat *Benjamin*, id est, filium dextere. Dextera enim symbolum est regis et regni. Isobeth enim et Saül erant prognati ex Benjamin, David verò ex Juda. (Corn. à Lap.)

VERS. 12. — EGRESSUSQUE EST ABNER FILIUS NER, ET PUERI ISBOSETH FILII SAUL, DE CASTRIS IN GABAON. Quo animo egressus fuerit Abner de castris, ubi compellatus fuerat rex Isboeth, non est conjectare difficile, nempe ut quemadmodum undecim tribus eò adduxerat, ut Isboeth regem sibi ex omnibus asciscerent, sic etiam tribum Juda, quæ ad Davidem, Saulis derelicto genere, defecerat, ad aliarum tribuum conspirationem adjungeret. Quare ex Machanaim, sive sint castra, ut veris putabamus, sive civitas, ut alii volunt, exercitum eduxit copiosum, sperans fore ut tribus Juda, quæ undecim tribus videbatur inferior futura, neque habitura quid aliis opponeret utiliter, ad castra rediret, quæ paulò antea deseruerat. Neque David, cum priùs unctione designatus est rex à Samuele, sciretque sibi deberi regnum, vel ipso Saule teste, quidquam tamen multo est, donec ad pugnam ab ipso hoste ultrò lacessente evocatus fuit. Quod observavit et commendavit Ambrosius in Apologia pro David, cap. 6: « Inimici, inquit, ultus est mortem, flebiliter satis deploravit interitum et debitum sibi imperium diù distulit, quod sciebat Deo auctore deberi. » Quo solo docuit omnes homines ad non præripiendum regnum, etiamsi debeatur, sed expectandum, ut suo tempore deferatur. « Utinam hunc virum imitati essent posteri! » non tantas bellorum pertulisset acerbitates. »

VERS. 15. — PORRO JOAB FILIUS SARBLE, ET PUERI DAVID EGRESSI SUNT, ET OCCURRERUNT IIS. Erat Joab, ut ex toto hoc libro constabit, et fortis, atque acer ad res aggrendendas, et acuto atque solerti ad deliberandum iudicio; quare hunc præposuit exercitui, quem David collectis ab Abner ex toto Israele viribus opposuit. Sed hic quæret aliquis, quomodo ausus fuerit David, neque formidaverint alii qui sub illius signis militabant, cum ex unâ tantum essent tribu conscripti, tot hominum millibus occurrere, quos secum Abner ex omnibus Israele tribubus adduxerat. Sed est solutio facilis. Nam tribus Juda et robore, et numero, erat aliarum quilibet longè præstantior, adeò ut eum militum numerus ex aliis tribubus simul censeatur, seorsum tamen sæpè ponitur, qui collectus fuerat ex tribu Juda, tanquam aliquid, in quo ad res bellicas multum putaret esse momenti. Hoc occurrit sæpè. Sed habemus aliquot exempla lib. 1, in castris Saul de quibus cap. 11, v. 8: *Fuerunt filiorum*

Israel trecenta millia, virorum autem Juda triginta millia. Eodem modo à toto Israele viri Juda numerantur seorsum cap. 15, v. 4. Accedit, quòd socii David jam pridem erant assueti victoribus, atque ideò illorum animus erat ad quodcumque belli pondus alacrior. Denique quia, ut constat ex lib. 1 Paralip. cap. 12, ex singulis tribubus multa bellatorum millia, deserto Isboeth, transierunt ad David: *De filiis Simeon septem millia centum, v. 26. De filiis Levi quatuor millia sexcenti, v. 27. Et deinde, tria millia septingenti. De filiis Benjamin tria millia, v. 29. De filiis Ephraim viginti millia octingenti, v. 50. Ex dimidiâ tribu Manasse decem et octo millia, v. 51. De filiis Zabulon quinquaginta millia, v. 55. De Nephthali triginta et septem millia, v. 54. De Dan viginti octo millia sexcenti, v. 55. De Aser quadraginta millia, v. 56. Trans Jordanem de filiis Ruben, et de Gad et dimidiâ parte tribus Manasse centum viginti millia, v. 57.* Quare non sic erat David à presidio nudus, ut non potuerit cum instructissimis inimicorum copiis signa conferre.

VERS. 14. — DIXITQUE ABNER AD JOAB: SURGANT PUERI, ET LUDANT CORAM NOBIS (1). Existimat Abulensis, q. 15, hos duces non eo animo ad illum certaminis locum convenisse, ut pugnant, sed ex illorum puerorum ludo, qui mutuis sese confecerè vulneribus, ortam esse occasionem pugnandi. Quod nemo mihi persuaserit, quia neque illa occasio gravis fuit, cum nulla pars castrorum accepisset injuriam, maxime si ex utràque parte nullus evasit superstes, neque tantus bellorum apparatus conscribi debuit ad ludicrum illud spectaculum, aut ob alias causas, veluti ad conditiones pacis, aut decidenda regni jura, aut constituenda communi studio, quæ contra Philistinios, qui proximè Israelitici regni partem occuparant, fieri oportet. De his enim melius à pacatis et intrinsecus in seniorum consensu, quam ab armatis in acie deliberatur. Convenere igitur duo castra Davidis et Isboeth; hæc, ut vim afferrent, et eos qui Davidis partes amplexi fuerant, ad Isboeth adducerent; illa, ut vim propulsarent, et oblatum Davidi regnum quietè retinerent.

(1) *Alors Abner dit à Joab: Que quelques jeunes gens s'avancent, et qu'ils s'exercent devant nous. Abner appelle un exercice ou un jeu, le combat de douze hommes qui s'entreuent. C'est lui qui commence la bataille par une vaine ostentation du courage de ses gens; et c'est lui aussi qui fuit et qui est vaincu.*

(Sacy.)

Sed quid spectarit Abner, dum pugnam illam paucorum, seu ludicrum certamen indicit, satis est obscurum. Neque enim verisimile est, cum jam castra essent exigo tantum spatio discelsa, et tantum non expectarent tubæ sonum, tantum fuisse otii aut inertiae ducibus, ut oblectare se voluerint puerorum ludo, sic enim appellavit Abner, et non potius omnia ad congressum disponere, quando nullus inertiae atque otio locus est. Ego in bellis maxime longis multa video fuisse quasi præludia, quæ velitationes dicuntur; quando aliqui experiendi suas, aut hostium vires desiderio, aut gloriolæ militaris studio, antequam signa conferantur, alios ad certamen singulare, aut definitio numero lacessunt. Id verò non solum permittunt duces, sed etiam optant, tum ut suorum explorent animos, et hostium vires, tum præterea, ut si minus se paratos viderint, publicum certamen evitent. Illud faciebat sæpè Cæsar, ut ipse de se prodit lib. 2 de Bello Gallico: « Quotidiè equestribus præliis quid hostis virtute posset, et quid nostri auderent, periclitabatur. » Idem quoque, et eodem consilio fecisse Maximus, auctor est Appianus de Bello Hispanico. Hoc monet Vegetius l. 5 de Re militari c. 9, ubi hoc ducibus documentum dat: « Si adversarium intelligit potentiorum, certamen publicum vitet. » — « Publicæ pugne, ait Godefridus scachus, opponitur ferè velitatio. » Hæc, credo, ratio adduxit Abner, ut pugnam hanc paucorum militum indiceret, ut illa diem illum, aut bonam ejus partem extraheret, ne bellum posset totis viribus ab hoste committi, et ipse nocturnis usus tenebris, suorum eadem, quam ab hoste potentiorè metuebat, effugeret. Neque enim, ut opinor, putabat tot ad Davidem ex omnibus tribubus auxiliares convenisse copias, quas paulò ante ex cap. 12, lib. 1 Paralip. retulimus. Eo igitur consilio distingere potius voluit alacres, et ardentes inimicorum animos, quam paucorum ludo spectantium utrinque animos oblectare.

Neque fortassè aliquis malè conjectaret, hoc ab Abner sumptum esse quasi prognosticum aliquod, seu præjudicium victoriae, ita ut inde colligeret, qualis futurus esset illius certaminis eventus, quod jam imminerebat. Satis enim comperit est, esse hoc Hebræis usitatum valde, ut certa sibi signa constituerent, quibus de futuro rerum successu conjectarent. Quà de re nos pluribus lib. 1, cap. 14, ad illud Jonathæ, qui hoc sibi signum exiis fortunati præscripsit: *Si taliter locuti fuerint ad nos: Venite,*

S. S. IX.

donec veniamus ad vos, stemus in loco nostro, etc. Quòd si verum esset, Abner filium esse Pytho-nissæ, de qua lib. 1, cap. 29, ut putabant Hebræi, minùs esset hæc cogitatio difficilis; quæ illà enim doceri potuit hujusmodi signa, quæ, quid eventurum esset, ex eo certamine portenderent. Hoc sanè habuisse Germanos divi-nandi genus, tradit Cornelius Tacitus, de Mo-ribus Germanorum, non longè à principio: « Est, inquit, et alia observatio auspicio-rum, quæ gravium bellorum eventus explorant, et ejus gentis, cum quæ bellum est, captivum et quoquo modo interceptum cum electo popu-
larium suorum patris quemque armis com-mittunt; victoria hujus, vel illius pro præ-judicio accipitur. » Ab hæc cogitatione alienus non est Martinus de Rio l. 4 Mag. cap. 4, q. 4, sect. 2, et Nicolaus Serarius hic. Mihi super-ior explicatio potior est.

VERS. 16. — APPREHENSUSQUE UNUSQUISQUE CAPITIS COMPARIS SUI, DEFIXIT GLADIUM IN LATUS CONTRARIUM. He nobis aliqua sunt exploranda. Primum, an duces paucorum horum militum victoria aut cæde voluerint totius exercitus redimi periculum, et causam, de qua tunc videbatur orta controversia, illorum sanguine decidi. Adfirmat unus, quod ego valerim, Magister Histor. schol. in lib. 2 Reg. cap. 4, q. *Convent inter eos* (nempe Joab et Abner) *quòd duodecim tantum ex utràque parte pugnant.* Hoc porro fieri solere, cum res aliqua magna aut publica in discrimen adducitur, non anti-qua solim, sed etiam recentia tempora testantur. Sic Homerus ex illius seculi consuetudine fingit voluisse tam graecos, quam trojanos prin-cipes causam Helenæ, Menelæ ac Paridis con-gressu definiri. Sic ad hujus imitationem Virgi-lius eandem ob causam singulare Aeneæ Turnique certamen inducit. Sic Romani in Horatorum Curiatorumque victoria commu-nem causam statuerunt. Sic Argivi et Laedæ-moniis tercentos utrinque viros commiserunt, qui communem causam pro sua quique repu-blica tuerentur. De quibus Valerius lib. 5, cap. 2, et in Parallelis Plutarchus. Et paulò ante hæc tempora hanc Goliath gentis suæ no-mine Israelitico populo conditionem obtulit, lib. 1, c. 17, v. 8: *Eligite ex vobis virum, et descendat ad singulare certamen; si quisque pug-nare mecum, et percusserit me, erimus vobis servi; si autem ego prevaluero, et percussero eum, vos servi eritis.* Neque posterioribus secu-lis exempla desunt eorum qui paucorum con-gressu communes deciderunt controversias,

et multorum capita ab impendente periculo redemerunt. Quorum aliqua refert Martinus del Rio l. 4. disquis. Magic., cap. 4. q. 4. sect. 2. quem tu adi. Verumtamen singularis est ista sententia, si ita censet (neque enim satis loquitur aperte) et successus illam aut erroris, aut infirmam saltem conjecturam convincit. Neque enim post illam pugnam, è vestigio totis foret viribus pugnatum; sed disceptatum esset prius, quis omnium postremus cecidisset; stetit enim penes illum victoria, et aliquid ante universale prælium intercessisset moræ.

Secundò videndum, an omnes ex utraque parte milites ceciderint. Nam textus tam hebraicus quam latinus in utramque partem ambiguus est: Communis est sententia, nullum ex eo numero fuisse superstitem, quam ego, quia pluribus placet, veriore puto. Nihilominus non omnino displicet mihi, quod cum Josepho sentit Angelomus et Rabanus, tantum videlicet in eo certamine perisse illos, quos ex Benjaminicâ tribu produxit Abner, et omnes alios, qui ex parte Davidis prodierunt, extitisse victores et incolumes. Quod idè mihi fit verisimile, quia videtur non omnino credibile tam æquales fuisse singulorum vires, tam æqualem in pugnando peritiam, ut singula antagonistarum paria eodem prostris modo ac tempore perierint. Deinde, quia ratio illa, quam adducunt interpretem plerique, in eadem die ab universo exercitu pugnae, infirma est. Dicunt enim voluisse utriusque partis exercitus, qui spectatores aderant, sturum commilitonum interitum ulcisci, atque idè conserere voluisse non solum manus, sed etiam signa. Ilæc, inquam, ratio valde est infirma. Nam satis qui in eâ congressione ceciderunt, suamque casum sunt uli, cum vitam ademerint illis quorum ipsi gladio confecti sunt. Neque erat, cur alii in eos sævire, ac dimicare deberint, qui in illud stadium non sunt egressi, neque aliquid ad aliorum cædem contulerit subsidii. Multò verò magis excitarentur ad bellum, qui suos esse victos, contrarios autem victores aspexissent, cum clamor effusus et inultus commilitonum sanguis, et hostium proclamata victoria et triumphalis gratulatio merentes animos in furorem accenderent. Hæc mihi non levia videntur pro Josephi sententiâ, neque translatio Vulgata magis in hanc quam in illam expositionem propendet. Hunc enim sensum neque obscurum, neque contortum admittit, videlicet, apprehendisse

quemlibet ex acie Joab, comparis sui caput, et in ejus latera adegisse ferrum, et qui erant ex exercitu Abner, simul, id est, ad unum omnes periisse. Adde, quod non apparet, quo modo concertatores illi potuerint omnes sic esse constricti, ut mutuo se à capite tenerint, et manus haberint sic expeditas, ut eodem tempore mutuo se vulnerare confoderint. De uno aut altero id existimare mihi difficile non esset; de omnibus simul ita statuerem, non est admodum facile.

De hoc congressu virorum duodecim non est adhuc à quopam definitum, an pugna tantum fuerit, quæ id unum expectat, ut adversarium quoquo modo conficiat, an verò gladiatorius aliquis ludus, in quo pugnandi certa proponitur lex, et in quo non solum spectatur robur ad vulnus inferendum, sed etiam palestra, ut non solum utilis sit, sed etiam elegans vel petio, vel declinatio plage. Cùmque hæc in re nihil appareat certum, neque aliqua se ostendat conjectura gravis, tamen eò magis inclinât assensio, ut reverà ludus fuerit, sed barbarus et gladiatorius, cuius est alea colossoris vita. Quorum apud Romanos fuerunt multa genera, de quibus in suo Agnostico Petrus Faber, et in Saturnalibus Lipsius. Ubi certæ constituuntur leges, et armorum atque habituum genera, et certa quædam pugnandi forma, quam qui in pugnando non servaverit, non censetur pugnasse legitime. Iste quidem pugnae dicuntur ludi, cum tamen ferè semper colossores de vitâ et sanguine certent. Quia exhiberi solent, non in castris et acie pro tuendis aut amplificandis imperii finibus, sed in theatris, ad celebrandos principum triumphos, aut si quid contigit publicis aut privatis commodis opportunum. Sic videtur existisse Abulensis, q. 14, dum ait, viros illos in stadium quasi inermes produisse; quod certè non facerent, si tantum quærent colossorum interitum; atulissent enim tegumenta, qualia afferri solent in acie, et clypeos ad excipiendos ictus, quos sanè non haberunt, quando alterâ manu dicuntur apprehendisse antagonistarum capita, et alterâ in eorum latera adegisse ferrum. Sanè non videntur habuisse aliquod capitis tegumentum, quando, ut Abulensis putat, à crinibus apprehensi sunt. Hoc verò videntur præscripsisse illius certaminis gladiatorii leges; sicut illud, ut caput quisque apprehenderet adversarii. Neque enim verisimile est, omnes involaturos fuisse in aliorum capita, nisi ita præcipere theatrales

leges. Quod ubi primùm essent assecuti, statim, ut opinor, permittebantur rem agere ferro, ut docent hi omnes colossores, qui non prius dicuntur apprehendisse gladium, quam concertatorum apprehendissent capita. Quod sanè non videntur facere potuisse, si alteram manum haberent impeditam gladio. Accedit, quod hi lusuri dicuntur potius, quam pugaturi; sic enim de illis Abner: *Surgant pueri, et ludant coram nobis.* Verbum hebraicum est, *sachæ*, quod nunquam pugnandi conatum importat, sed risum et ludum.

Quomodo quisque comparis apprehenderit caput, etiam incertum. Abulensis apprehensus dicit esse hosce concertatores à capillis; unde etiam colligo, hunc ludum fuisse gladiatorium. Quis enim si ad vulgare profuisset, et hostile certamen, non texisset caput galæ: aut non etiam munisset pectus et latera? At hi caruisse videntur gladiatores isti, quando à crinibus apprehensi sunt, et primâ gladiorum petitione confossi. Potuisse autem à crinibus teneri suadet illius gentis consuetudo, quæ longam aluit comam, qualem eodem penè tempore habuit Absalom, à quâ suspensus è queru ab hostili lanceâ transverberatus fuit. Addit Abulensis, omnes uno tantum vulnere fuisse confectos, neque opus fuisse secundam addere; quod quidem difficile est, neque ut id verum esse existimemus, vim ullam affert textus.

VOCATIOQUE EST NOMEN LOCI ILLIUS: AGER ROBUSTORUM IN GABAON. Frequens est, non in Scripturâ solum sacrâ, sed etiam profanâ, ut ab aliquo successu loca nomen accipiant; ut observamus lib. 1. cap. 7. ad illud: *Vocavit nomen loci illius, lapis Adjutorii.*

VERS. 17. — ET ORIUM EST BELLUM DURUM. Concertatio illa, et gladiatorius ille paucoerum ludus magni prælium fuit, atque crepenti belli. In quo tam Abner quam qui illius sequebantur signa, re desperatè conversi sunt in fugam. Cùmque Asaelis ea esset in cursu velocitas, ut sylvestres capreae pedum pernicitate præverteret, ex omnibus unum elegit exercitus principem Abner, quem persequeretur fugientem, ut imperatoris oneratus exuviis gloriam oblineret inter alios eximiam, ad quam juvenis ardor aspirabat. Cùmque semel atque iterum admonitus esset ab Abner, ut aliunde sibi militarem aucuparetur gloriam, ni vellet luere hasti confossus juvenilem audaciam, persistit ille nihilominus in eodem studio, vel quia cæco ferebatur impetu ad nobilem de impera-

toze palam, vel quia sumendum non putabat ab hoste consilium. Dùm autem Asael fugientem hæeret obstinatè, Abner aut pertinacia illius juvenilis impatiens, aut quia ad suum honorem pertinere existimabat adolescentem illum molestum abigere, quod suadendo non potuit, pugnando consecutus est. Aversâ etenim hastâ, non mucrone, sed conto (quod argumentum fuit, quàm invitus ad extremum illud et decretorium consilium esset adductus) transverberavit illum, reliquitque eodem loci vestigio, momento temporis, examinem. Vulgatus ait, Asaelem percussum in inguine, sicut etiam dixere Septuaginta, Hebræus habet *chomes*, quod *quintam* valet, quasi dicat: Percussit ad quintam costam, quæ est ad ilia, ad eam regionem, ubi felleis et jecoris sedes est. Et quidem quinta costa non longè abest ab inguine, quod aliquam in humano corpore latitudinem habet (1).

VERS. 22. — ET LEVARE NON POTERO FACIEM

(1) VERS. 18. — VELOCISSIMUS FUIT, QUASI VITIS DE CAPREIS. Inter militares dotes non infirma erat cursus pernicitas. David Saulen et Jonathan eo nomine commendat, quod *agnilis velociores* essent, leonibus fortiores. Achillem herodem suum, hoc epitheto non semel donat Homerus. *pede levis* Achilles. Milites suos ad cursum veteres Romani exercebant.

(Calmet.)

PORRÒ Dicitur ASAEEL CURSOR VELOCISSIMUS FUIT. Joseph. ait Asaelem adeò fuisse velocem, ut non tantum homines, sed et equos cursu superaret, non quales etiamnum sunt in Hiberniâ et Indiâ. S. Bacharius Epist. de Lapsis: « Asael, inquit, velox sicut cervus à Scripturâ esse perhibetur, ob hoc credo, quod incoquinatè corporis puritas donum ei velocitatis indulgerat: corpus enim quod corrumpitur aggravat animam, Sap. 9. 15. » et colligit hæc Asaelis puritatem ex eo quod cum cervo, ut ipse legit, id est, qui non solum perspicacia mentis, et inimici laqueos evitabat, verum etiam sercator extitit. Nam cervus et visus acuminè excellit, et perpetuus cum serpentibus inimicitias exeret.

Tropol. *Asaeles* sunt, qui procurant aberes ad quavis charitatis officia, qualis fuit Cardas, quem S. Paulus epist. 3 ad Amantum, Asaeli comparans, et dat pedes eorum: « Nam positus est, inquit, in tantè ministerio charitatis, ut in libertate serviat, in sequeute discrutat, et requirit vacationis emerita: malit in peregrinationis labore quam in domestica sedes consumere; quia pigrorum vias spinis stratas calcare declinat, ne convertatur in arumnam, dum ei de inertibus infructuoso otio misera sollicitudinis spina configitur. Exultat itaque impiger ad currendam viam, ne illi seque otium conterent, pedes sequa pigrorum inopia tanquam bonis cursor occurat. »

(Corn. à Lap.)

MEAM AD JOAB FRATREM TUUM. Non dubitabat Abner venturum aliquando totum Israël imperium ad Davidem, quia illum sciebat ad regium nomen jam antea à Samuele designatum. Cùmque futurum presagiret, ut primum locum apud illum habiturus esset Joab, quem videbat tunc exercitui toï fuisse præpositum, suæ incolumitati cavebat, ne fortè propter Asaelis mortem aliquid sibi à illius fratre eveniret mali. *Levare faciem ad aliquem*, est illius vultum intueri; quod facere neque solent, neque audent, nisi frontem perfricere, qui in alios grâvius aliquid admiserunt, quale est, alieujus fratrem occidisse. Quare is, quem facti pudet, dicitur *vultum demittere, dejicere oculos, in terram intueri*. Hispanus in simili affectione dicit: *No se atreve à mirarlo al rostro*.

VERS. 25. — (1) OMNESQUE, QUI TRANSIBANT

(1) PERCUSIT EUM ABNER AVERSA HASTA. Creditur percussisse virum non à hasta cuspidè, sed aversâ hastæ parte, quæ ferro præfixa erat, nimis tamen quam cuspidè acuto. Favet huic interpretationi Hebræus: *Percussit in posterioribus lanceæ*.

IN INGENE. Hebræus ad litteram: *Ad quintam*, id est, ut creditur, ad quintam costam, vel ubi costas excipit stomachus infra diaphragma, in regione inferioris ventris, vel sub ventriculo et jejore. Septuaginta: *In lombis, in costâ*.

IN INGENE. Hebr. *in quinta*, scilicet costâ, ubi residet jecur et fel. Tropol. *Asael* representat nimis ferventes, præcipitantes et furentes, qui non directè, sed indirectè et ex obliquo reprimendi sunt: nam, ut ait S. Gregor., 3 p. Pastor. admonit. 17, et ex eo Angelomus et Euchertus: « Ex mucrone (directè) percute, et est impetu aperta increpationis obviare; et aversâ verò hastâ persequentem ferire, est furentem tranquillè ex quibusdam tangere et quasi parcendo superare. Asael autem et prolixis occubuit, quia commotæ mentes et dum parci sibi sentiunt, et tamen responsorum ratione in intimis sub tranquillitate et tanguntur, ab eo, quòd se ereverant, statim cadunt. » Unde Abner Hebr. idem est quòd patris lucerna, qualis est prudentia lenis et mansueta corripitibus. (Corn. à Lap.)

Abner lui porta un coup dans l'aîne, et le tua sur la place. La mort d'Asael qui fut l'effet de son excessive hardiesse et de sa passion trop violente contre Abner, peut servir d'exemple à ceux qui s'emportent avec une chaleur indiscretè dans la poursuite d'une bonne cause. Car il soutenait le parti de David, qui était celui de Dieu. Mais il devait être plus modéré dans la victoire, et se contenter de la fuite d'un prince si vaillant, qui commandait l'armée ennemie, sans s'acharner ainsi à le vouloir tuer de sa main. Joab fut plus prudent que lui, et il se rendit aux paroles sages d'Abner, qui l'eshortait à ne pas triompher davantage ses mains dans le sang de ses ennemis, qu'il appelle ses frères, parce que le peuple Hébreu n'était composé que d'une seule famille, comme

PER LOCUM ILLUM IN QUO CEDIDERAT ASAE ET MORTUUS ERAT, SUBSISTERANT. Magno animorum ardore, et incitato cursu suos insequantur hostes, qui Davidis sequebantur signa; à illo- rum fregit animos, et retardavit gressus in medio cursu examinatus Asael. Ex quo discent viri potentes, si illos cadere contingat (cùm non possunt illorum casus non esse conspici, cùm in loco sint excelso, et quasi in mediâ viâ, atque ideò non possint alii in illos non offendere), quanto aliis possunt esse nocentem, cùm reverà aliorum incitant ad egregios conatus animi nervos, et in maximo etiam conatu in ipso ad virtutem cursu subsistere faciant. Fecit hoc idem postea dux Amasa, c. 20, qui cùm jaceret interfectus in viâ, remorabatur properantes. Quare fecit quidam prudenter, qui cùm observaret, quanto aliis foret impedimento: *Amovit Amasam de viâ in agrum, operuitque eum vestimento, ne subsisterent transientes propter eum. Amoto ergo illo de viâ transibat omnis vir*, etc. Si principum peccata celari possent, et amoveri de viâ, magnum scilicet inferiori turbæ sublatum esset ad virtutem scandalum. Sed quis erit tam prudens et constans, qui aut nòrit, aut audeat amovere de viâ, et tegere pallio, ac denique facere non omnium oculi in illorum ruinam intenti sint?

VERS. 24. — (1) PERSEQUENTIS AUTEM JOAB, ET ABISAI FUGIENTEM ABNER, etc. Cùm ad occidentem usque solem Joab persequeretur fugientem Abner, eumque ad editum quendam locum compulset, qui commodior ad resistendum videbatur, ad illum ex viris Benjamin convenire non pauci, qui ex militari disciplina in cuneum conglobati, excipere posse videbantur irruentes hostes.

étant tous enfans d'Abraham et de Jacob appelé Israël, dont le nom fut donné à tout le peuple.

La discrétion, selon saint Bernard, est la règle et comme l'âme de tout ce que nous pouvons faire de juste et de louable en cette vie. Sans elle la vertu dégénère en vice, et l'on se précipite sans y penser dans des engagements dont les suites sont funestes, parce qu'on n'a pas eu assez de prévoyance et de précaution pour les éviter. (Sacy.)

(1) VENERUNT USQUE AD COLLEM AQUEDUCTUS. Hebræus: *Venerunt usque ad collem Amah, ad facies Giach, in viâ deserti Gabon*. Desertum hoc Gabonnis ager est incultus, ad pasca gregum relictus. Neque enim reputandum est, cùm deserti nomen occurrat, designari semper locum sterilem, sylvestrem, desertum. Deserta appellant Hebræi loca non culta, in quibus tamen spontè arbores et herbe in usum pascuorum crescant. (Calmet.)

VERS. 26. — *Non (1) ad interneccionem teus mucro deserviet?* Ex eo loco Abner, quos armis non poterat, oratione voluit ab impetu ulteriore reprimere. Quare conversus ad Joab, qui magis acuebat insequentium animos, edocet non expedire durius urgere desperantes, satis esse factum illo die, cùm ad illum locum sint hostes adacti, neque pauci aut in acie, aut in fugâ sint extincti; neque decere, ut omnes subeant hostile ferrum, cùm eodem sint prognati parente, et eisdem sacris ac religione conjuncti; id enim totum fratrum nomine significatur.

AN IGNORAS QUÒD PERICULOSA SIT DESPERATIO? Monet Abner, licet hostis, amicè et sapienter, non esse durius urgendos eos qui pro capite certant, quando spes tantùm posita est in armis; tunc enim luctuosa solet relinquì victoria, et paucorum mors multorum sanguine constare. Quod præceptum maxime olim commendatum est, et ab strenuis ducibus, cùm maxime cuperent hostes esse deletos, observatum diligenter. Sic sanè docuit Vegetius lib. 3, cap. 21: « Plerique, inquit, rei militaris ignari pleniorè victoriâ crederunt, si adversarios aut locorum angustiis, et aut armorum multitudine circumdedecunt, ut aditum non inveniant abeedendi. Sed clausis ex desperatione crescit audacia, et cùm spei nihil est, sumit arma formido; liberet cupit commori, qui sine dubio scit se moriturum. Ideòque Scipionis laudatè sententiâ est, qui dixit viam hostibus, quâ fugiant, muniendam. » Hæc Vegetius, qui ad finem capituli addit: « Cæterùm clausi, licet exigui numero, et infirmi viribus, hoc ipso tamen sunt hostibus pares, qui desperantes

(1) *NUM USQUE AD INTERNECCIONEM TEUS MUCRO DESERVET?* Hebræus: *Num mucro devorabit semper? Septuaginta: Numquid ad victoriâ comedet gladius? An bellum est hoc apertum et erumentum? An prosecturus es rem usque ad deletos penitus hostes? Chaldaeus: Num ad separationem occidet gladius? An servire in nos omnes cupis? An in apertam inimicitiam erumpere?*

AN IGNORAS QUÒD PERICULOSA SIT DESPERATIO? Hebræus: *Nempe nosti, quòd gladius vel bellum amarus?* Res quæ per ludum cœpit, incipit in odium et inimicitiam? Aliter: *Nempe nosti, amaritudinem venturam in noissimo?* Si perrexeris instare, irritabuntur nostrorum animi, et in vestros servient. Si autem eò devenerit res, integrum nobis non erit, malum, ne ulterius serviat, cohèrere. Vel: Irritabuntur animi nos excitabant, et furor ac desperatio complebant, quæ vos nimis longius proxevisit. (Calmet.)

« sciunt aliud sibi licere non posse. » Et adducit Virgilianum illud 2 Æneidos:

Una salus victis, nullam sperare salutem.
Et iterum eò de re lib. 4, cap. 23, ubi adducit præclarum illud apophthegma: *Necessitas quædam virtutis est desperatio*. Idem docuit Seneca l. 2 Natural. Q. c. 39: « Nullus, ait, perniciosior est hostis, quàm quem audacem et angustia faciunt; longèque violentius semper ex necessitate, quàm ex virtute corrigimur. Majora, aut certè paria conatur animum et magnus et perditus. » Hoc porrò præceptum magni in omni seculo imperatores servarunt, ut fugere sinerent hostes in magnas aliquas angustias, et in extremam pugnandi necessitatem adactos. Plura invenies exempla apud Frontinum lib. 2 Stratag. cap. 6, cujus titulus est: *De emittendo hoste, ne clausus prælium ex desperatione redeintegrat*. Notum est illud proverbium, *Osculana pugna*, quod significatur, victores aliquando à victis superari solitos.

VERS. 27. — *ET AIT JOAB: VIVIT DOMINUS, SI LOCUTUS ESSES, MANE RECESSISSET POPULUS (1).* Hinc constat, provocatum Davidem conscripsisse copias, et coactum cum adversariis castris fuisse congressum; cùm tam facile Joab ab hoste persequendo et destitit ipse, et alios buccinâ clangore cohoberit; quod credo à rege suo in mandatis habuisse. Neque levè hinc conjectura sumitur, ex viris Benjamin tantum cecidisse duodecim, et ex illo collatorio seu gladiatorio certamine totidem ex Davidis acie fuisse superstitis; quod putabat Josephus, et nos supra censebamus non improbabile. Ortum enim videtur prælium ab Abner, qui necesse voluit illorum cædem, quos ipse ex toto exercitu ad singulare certamen elegerat. Tam enim aberat Joab, ut hostes cinctantes ad conflictum læcesseret, ut manè, quando fortasse nondum erant signa collata; si modò id Abner sibi gratum aut commodum esse significaret, milites suos neque paucos, neque ignavos contineret in castris, neque contra fratres suos quidquam moliri pateretur. Quod, credo, non faceret Joab, si ex suis duodecim quoque viri cecidissent. Ex quo etiam constat, manè, id est, ante meridiem statim atque gladiato-

(1) *SI CITIUS ITA MONUISSES, POPULUS JAM IDEO À PRIMO MANÈ ESSE RECESSISSET. Vel: Si hæc dixisses manè, populus jam remisisset arma. Commodè etiam reddidit Hebræus: Si locutus non fuisses (invitans): Surgant pueri et ludant coram nobis, populus manè recessisset. Aliter: Nisi locutus fuisses, actum esset de te; vicissim autem si quid dixisses, jamdù antea populus recessisset.* (Calmet.)

rium illud certamen finitum est, collata fuisse signa et primo congressu, aut non longè postea, acies Abner in fugam fuisse conversas, quando apertè dicit Joab cessaturum à persequendo populum, si manè locutus esset Abner.

VERS. 28. — INSONUIT ERGO JOAB BUCCINA (1), ET STETIT OMNIS EXERCITUS. Hæc ad finem capitis obscura non sunt. Tantùm enim habemus, rediisse Abner, et belli reliquias, quas collegit

(1) Signum dedit receptàs. Porrò summum imperatorem non decebat olim inflato cornu vel buccinà signum dare certaminis ineundi vel absolvendi. Hinc tamen muneri apud Hebræos destinari sacerdotes consueverunt. (Calmet.)

CAPUT III

1. Facta est ergo longa concertatio inter domum Saül et inter domum David, David proficiscens et semper seipso robustior, domus autem Saül decrescens quotidie.

2. Natiq̄ sunt filii David in Hebron; fuitque primogenitus ejus Amnon, de Achinoam Jezraelitide;

3. Et post eum Cheleab, de Abigail uxore Nabal Carmeli; porrò tertius Absalom, filius Maacha, filia Tholmai regis Gessur;

4. Quartus autem Adonias, filius Haggith; et quintus Saphathia, filius Abital;

5. Sextus quoque Jethraam, de Egla uxore David: hi nati sunt David in Hebron.

6. Cùm ergo esset prælium inter domum Saül et domum David, Abner filius Ner regebat domum Saül.

7. Fuerat autem Saüli concubina nomine Respha, filia Aia. Dixitque Isboseth ad Abner:

8. Quare ingressus es ad concubinam patris mei? Qui iratus nimis propter verba Isboseth, ait: Numquid caput canis ego sum adversùm Judam hodiè, qui fecerim misericordiam super domum Saül patris tui et super fratres et proximos ejus, et non tradidi te in manus David? et tu requisisti in me quod argueres pro muliere hodiè?

ex fugâ transmissio Jordane, ad castra, unde profecti fuerant, et Joab in Hebron, quòd venit matutino crepusculo; et ex castris Joab cecidisse triginta, si numeres Asalein, qui in parentum suorum sepulcrum illatus est in Bethlehem; ex castris autem Abner trecentos et sexaginta (1).

(1) VERS. 29. — LESTRATA OMNI BETHORON, VENERUNT AD CASTRA. Sei potiùs, trajecto iterùm Jordane, restituit sese in Mahanaim, unde moverat, et ubi Isboseth considerat. Bethoron, de quà hic, alia est à Bethoron, urbe apud Scripturam notissimâ. Regio enim erat inter Gabaonem et Jordanem sita. Hebraus legit *Bithron* pro *Bethoron*. Noti sunt montes *Bether* vel *Bither*. Septuaginta legunt: *Campestrum regionem*. (Calmet.)

CHAPITRE III.

1. Il se fit donc une longue guerre entre la maison de Saül et la maison de David, David s'avancant toujours et se fortifiant de plus en plus, et la maison de Saül au contraire s'affaiblissant de jour en jour.

2. Pendant que David était à Hébron, il eut plusieurs enfans. L'aîné fut Amnon, qu'il eut d'Achinoam de Jezraël;

3. Le second Chéléab, qu'il eut d'Abigail, veuve de Nabal du Carmel; le troisième Absalom, qu'il eut de Maacha, fille de Tholmai, roi de Gessur;

4. Le quatrième, Adonias, fils d'Haggith; le cinquième Saphathia, fils d'Abital;

5. Le sixième Jethraam, fils d'Egla, femme de David; David eut ces six enfans à Hébron.

6. La maison de Saül était donc en guerre avec la maison de David, et Abner, fils de Ner, était le chef de la maison de Saül.

7. Or Saül avait eu une concubine nommée Respha, fille d'Aia. Et Isboseth dit à Abner:

8. Pourquoi vous êtes-vous approché de la concubine de mon père? Abner, étrangement irrité de ce reproche, lui répondit: Suis-je un homme à être traité comme un chien, moi qui me suis déclaré aujourd'hui contre Juda pour soutenir dans sa chute la maison de Saül votre père, ses frères et ses proches, et qui ne vous ai point livré entre les mains de David? Et après cela vous venez aujourd'hui me chercher querelle pour une femme!

9. Hæc faciat Deus Abner et hæc addat ei, nisi quomodò juravit Dominus David, sic faciam cum eo,

10. Ut transferatur regnum de domo Saül et elevetur thronus David super Israel et super Judam à Dan usque Bersabee.

11. Et non potuit respondere ei quidquam, quia metuebat illum.

12. Misit ergo Abner nuntios ad David pro se dicentes: Cujus est terra?—et ut loquerentur: Fac mecum amicitias, et erit manus mea tecum, et reducam ad te universum Israel.

13. Qui ait: Optimè; ego faciam tecum amicitias, sed unam rem peto à te, dicens: Non videbis faciem meam antequàm adduxeris Michol filiam Saül;—et sic venies, et videbis me.

14. Misit autem David nuntios ad Isboseth filium Saül, dicens: Redde uxorem meam Michol, quam despondi mihi centum præputiis Philisthiim.

15. Misit ergo Isboseth, et tulit eam à viro suo Phaltiel filio Lais.

16. Sequebaturque eam vir suus, plorans, usque Bathurim. Et dixit ad eum Abner: Vade, et revertere. Qui reversus est.

17. Sermonem quoque intulit Abner ad seniores Israel dicens: Tam heri quàm nudiustertius quærebatis David ut regnaret super vos.

18. Nunc ergo facite, quoniam Dominus locutus est ad David dicens: In manu servi mei David salvabo populum meum Israel de manu Philisthiim et omnium inimicorum ejus.

19. Locutus est autem Abner etiam ad Benjamin, et abiit ut loqueretur ad David in Hebron omnia quæ placuerant Israeli et universo Benjamin.

20. Venitque ad David in Hebron cum viginti viris; et fecit David Abner et viros ejus qui venerant cum eo convivium.

9. Que Dieu traite Abner avec toute sa sévérité, si je ne procure à David ce que le Seigneur a juré en sa faveur,

10. En faisant que le royaume soit transféré de la maison de Saül dans la sienne, et que le trône de David soit élevé sur Israël et sur Juda depuis Dan jusqu'à Bersabée.

11. Isboseth n'osa lui répondre, parce qu'il le craignait.

12. Abner envoya donc des courriers à David pour lui dire de sa part: A qui appartient tout ce pays sinon à vous? — et pour ajouter: Si vous voulez me donner part à votre amitié, je vous offre mes services, et je ferai que tout Israël se réunira à vous.

13. David lui répondit: Je le veux bien, je ferai amitié avec vous; mais je vous demande une chose: vous ne me verrez point que vous ne m'ayez ramené auparavant Michol, fille de Saül; à cette condition vous pourrez venir et me voir.

14. David envoya ensuite des courriers à Isboseth, fils de Saül, et lui fit dire: Rendez-moi Michol, ma femme, que j'ai épousée pour cent prépuces de Philistins.

15. Isboseth l'envoya quérir aussitôt, et l'ôta à son mari Phaltiel, fils de Lais. Abner, qui ne cherchait qu'une occasion favorable pour aller trouver David, se chargea de la lui ramener.

16. Son mari la suivait en pleurant jusqu'à Bathurim. Et Abner lui dit: Allez, retournez-vous-en. Et il s'en retourna.

17. Abner vit donc David. Et il parla ensuite aux anciens d'Israël; et il leur dit: Il y a déjà long-temps que vous souhaitiez d'avoir David pour roi:

18. Faites-le donc maintenant, puisque le Seigneur a dit en parlant de David: Je sauverai, par David, mon serviteur, mon peuple d'Israël de la main des Philistins et de tous ses ennemis.

19. Abner parla aussi à ceux de Benjamin. Et il alla trouver David à Hébron pour lui dire tout ce qu'Israël et tous ceux de la tribu de Benjamin avaient résolu.

20. Il arriva accompagné de vingt hommes, et David lui fit un festin et à ceux qui étaient venus avec lui.